Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



cadet sup illos sol neq; illus est. qm̃ agn̄ qui in medio th̄
ni est. reget illos & deducet illos ad uiuentes fontes aquarū. & &
abstinget omne lacrimā ab oculis eorū. S' Johanneo.
Hiis locutus dicit ihs. discipulis. Hec mando uobis ut diligatis invicem.
Si uos odit mundus. scitote quia me priorem uobis odio
habuit. Si de mundo fuissetis. mundus quod suum erat dili
geret. Quia autem de mundo non estis. sed ego elegi uos de mundo.
propterea odit uos mundus. Memento sermonis mei. quem ego
dixi uobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti
sunt. & uos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt. & uestrum ser
uabunt. Sed hec omnia facient uobis propter nomen meum. quia ne
sciunt eum qui me misit. Si non uenissem & locutus fuissem
eis. peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent
de peccato suo. Qui me odit. & patrem meum odit. Si opa non
fecissem in eis. que nemo alius fecit. peccatum non haberent.
Nunc autem & uiderunt. & oderunt. et me & patrem meum. Sed ut
impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. quia odio habu
erunt me gratis. Jacobi apli.
Fratres mei. Omne gaudium existimate cum in tem
tationes uarias incideritis. scientes quod probatio fidei uestre pati
entiam operatur. patientia autem opus perfectum habeat. ut sitis
perfecti & integri. in nullo deficientes. Si quis autem uestrum in
diget postulet a deo. qui dat omnibus affluenter. & non imple
rat. & dabitur ei. Postulet autem in fide nichil hesitans. Qui
autem hesitat. similis est fluctui maris. qui a uento moue
tur. & circumferitur. Non enim estimet homo ille. quod accipiat
aliquid a domino. Vir duplex animo. inconstans est in omni
bus uiis suis. Glorietur autem frater humilis in exaltatione